



JOANNICRVGERIO

BEROLINENSI MAR-
CHICO, P.L. CAESARIO,

quà ingenium præstantissimo,
quà doctrinam ornatissimo.
quà vitam politissimo,

Exalmâ Francovadanâ

VVitebergam abituro

Scripta

non tam moris ausu
quam amoris suasu

PROPEMPTICA



TTPIS SCIVRINIS. 1604.

Lit. Lat.

rec. A.

390,5.

VII 3. 58



Ad Dn. Joannem Crü-
gerium juvenem politiss.

Comprecor ex animo tibi cuncta polite Crugeri
Hinc discedenti felicia: Christus Iesus
Cui servis, post hac etiam te ducat: ad arcem
Quam petis excelsam, sic ibis tramite recto.

M. Iohannes Schöfferus
Professor Rhet.

OTia fac, CRUGERE, mihi, fac habere solutum
A curis animum, nunquam tua vota morabor,
Nec tenuam versu te abeuntem prosequi hiulco.
Verum aliò rapior, centumq; negotia mentem
Dilacerant, quidnam primum queat extricare
Ancipitem, nec vota sinunt sua ferre rogantem.
Te tamen indictum ut nequeam dimittere, virtus,
Ingenium, candorq; facit, quæ tempore quo vis,
At magis in primâ laudari etate merentur.
Maeste his auspicijs! quanquam haud mihi dius Apollo
Divinare dedit, tamen auguror esse futurum,
Maxima ut à tali radice expulset arbor.

T.

mi Crugeri

M. Henningus Arnifæus
Halberstadiensis,

Ad

Ad imitationem illius 63. Epigram.

lib. 12. Martialis.

Divini flos I A N E Geni, veriq; P O E T A E,
A quo nulla venus, nec lepor ullus abest.
Non caeleste quidem Numen, sed Numine plena,
Prompta sed ad quidvis, & data vena potens.
Sospes abi; felixq; subi Phœbea C O L V M B I
Limina, cum tanto Te decet esse viro.
Tu Coamicum utriq; ex nostro, candidæ, voto,
Doctiloquâ reddes me magis arte Tuâ.
Cernis, ut Aonio facilis tibi pompa theatro
Obviet? & quantus consocietur amor?
Quàm per amica manus? quàm largæ cymbia mensa?
Quantam, I A N E, Tibi spondeat omnis opem?
Ut sit par opera pretium, vel gratia major;
Et Deus, & Musæ Te benè semper ament.
Et Tu, I A N E, Tuo sic semper amere sodali,
Nullo ut me possis dememinisse die.

Breslâ scriptum

Melchiore Agricolâ Lubenate
Sil. P. L. Cæsario.

CRVGERI Musis operate Deoq; mihiq;
Imo animi insinuate tholo, migramus uterq;
Et cum magno algu mentis migramus uterq;
Dispare quantumvis algu migremus uterq;
Tu licet omnigenos, constantia pectora, amicos
Ponè legas, viader quos firmo glutine junxit
Atq; tibi, atq; mihi, tamen hinc concedis ad Albin
Albin quo toto nihil est celebratius orbe;
Ac ubi flos juvenum est, & ubi est melligo virorum,

Quos

Quos & transcripsit pridem, & transcribere seris
Haut cessat seclis fama, excelsissima fama.

Quos inter sempiternâ cum laude triumphat
Ille Poetarum Rex, nobilis ille COLVMBVS,
Quo cum fortè mihi si non vixisse licebit,
O ejus saltè nigricantès cernere vultus
Sit licitum! & sat erit, tanto illum amplexor amore.

Huic alijsq; bonis tu IANÈ admistus habebis
Letitiasq; novas, & comoda quanta! sed ipse
Longè alias nunc insto vias, quum cogor Athenas
Linguere Marchiacas, sum nescius ipse, quibus nam
Constituunt me fata locis, nisi forsàn Athenis
Elysiis (fas sit mihi sic vocitare Budorgin)
Adplicer: in genibus jacet hoc, velut omnia Divùm.

At si fata mihi mea vota, optat aq; paullum
Fortunare velint, me fortunatior ecquis
Esse queat, tecum si iero? nemo, hercule nemo,
Verum jam nobis non tam licet esse beatis.

Ibis, & ibo, animo mecum tantum ibis, & ibo
Tantum animo tecum, memor ipsius moris, amoris
Semper ero: semper memor esto moris, amoris
Moris dulcissimi, veri & constantis amoris.

Ioannes Guntherus Olsnâ-
Silesius.

CRVGERE gentis scipio patria,
Et gloriosa gloria patria,
Cui Phœbus amphoram cerebrè
Nectaris ambrosiaque succis
Implevit, & cor filius Iapeti
Insevit, ac os Mercurius dedit,
Pilis cuniculi POËTA
Mollior, indomitosq; tauros

versu

Verſu, leones & cicurans feros,
Sublimiori pectoris impetu
Et usq; belluata cœli
Teſta volans, Iovis ad cubile:
Quid eſſe dicam? cernere Baltici
Prædeſtinatis è maris urbibus
Vix es reverſus, jamq; noſtra
Rurſus abire paras Athenis.
An non amitant ſe tibi virgines?
An non amitant te ſibi virgines
Subnigræcantes, ſicut antè
Cordiſ amore reciprocante?
An non Sabini trita Poeticis
Tàm ſepè plantis te via recreat,
Vt ante cùm lapſas juberet
Ipoſa ſalus reparare vires?
Nec ſingulari fons Xyloes aqua
Carthuſiorum detinet ad domum,
Vt detinere viſus, imis
Cùm peteres requiem medullis?
Nec uſitato more Novemſiles
Exoſcularis? nec quoq; te magis
Novemſiles exoſculantur?
Hic ubi aquis Viadrus triumphat?
Nec te PELARGVS Theologi gregis
Rex, atq; Princeps VENC ELIVS movent?
Nec tot Sophorum concitatis
Ampliùs ingenijs morantur?
Hoc omne fruſtrà quaris, & an novum
Mutare terras? me DEVS & pater
Inquis, jubent mutare ſedes
Et poſuiſſe pedes ad Albin.
Obtemperandum proſuſ, & optimis
Vt hic fruſci commoditatibus

Possim, Penates est migrandum
 Ad VVitebergiacos : fuerunt
 Illic, & illic nunc etiam Dii
 Sunt, & Deorum munera plurimis
 Ostensa momentis patefcunt.
 MTLIVS ad Ciceronis instar
 Orator illic flex animus viget;
 Illic COLVMBVS FRANCIGENA, stupet
 Quem Phœbus, & quisquis canentē
 Vltra Amathusidos audit oram.
 Non improbabo propositum, quia
 Sunt hæc & illis plura, quæ vocant
 Ad montis albi te Lyceum,
 Omnia ponderis herclè magni.
 Sed heus? futurum prævideo, quasi
 Mansurus isthæc, non adeo diu
 Sis; quippe Muse jam pararunt,
 Hic tibi quam tribuant corollam.
 Quid vis sequestret noster ORIGANVS,
 Mihiquè cedat, si revocaverint
 Te Phœbus & Phœbi sorores,
 Et meritum caput elevarint?
 Nam cū n decorum tūm videam pium
 AEquumq; si quo promeritus loco
 Sertum feras, & addo dulce,
 Si patriâ regione sumas.
 Ha! certus illud mox fore colligo,
 Et nunc volentem pace bonâ lubens
 Dimitto: cum voto, procul sint
 Tædia, sint iteris pericla.
 Iam FLORA flores obijce, ne pedes
 Intaminatos ad lapides terat
 Vates; pruina vos arenam
 Noctè silente rigate pulvis

Ne

1

Ne perspicaces ladat ocellulos ;
Compesce ventos. A E O L E, ne lab &
Siti fathiscant tempera a ;
SOL radios cohibe potentes,
Ne vultus ictus sentiat improbos,
Inusitatis & nigriceat modis :
Sic namq; letiore passu
Quo cupit ire, beatus ibit ;
Immo redibit, quando Aganippidum.
Præses vocabit, ut decoret comas
Illius : ah mox lucis illud.
Leucothoe Dea tempus asser.

Ioannes Gebauer Reichen-
bachensis Silesius.

Ad imitationem illius 63. Epigramm.
lib 12. Martialis.

MArchiaci lux, I A N E, soli vatisq; disertis,
Præ quo arguta fides, & canor acris hebe
Quo cum dulce mihi fœdus, vel fœdere major
Pacta ad perpetuos mens sociata dies:
Letus adi, salvusq; vide prælustria campi
Iugera, flucticrepis quæ rigat albis aquis :
Nam benè Saxonia terrâ suscepte petit â,
Docta Leucore â vivis in urbe DEAE.
Cernis ut Aonio tibi turba Novena sacello
Rideat ? & quantus te comitetur honos ?
Quàm non pauca cohors magna calcaria laudis ?
Quàm se cunq; tibi pollicitentur opes ?
Vt sit bis precium studijs, & gloria major,
Te Iovis & Phœbi mutua cura juvet,

Sic

Sic Crugere, tuo quondam reddere FIBINGO;
O Deus hunc facias posse videre dicm!
Valentinus Fibingenius
Aurimont. Sil.

Ad eundem ejusdem propemodum mate-
riæ duo Epigrammata.

BVCRETI, quem nunc miratur honora Budorgis,
BVCRETI, quem miratur uterq; polus:
Atq; ACIDALIADAE quem magnus LIPSIVS ornat
Inter mortales LIPSIVS ille Deus:
Dico ACIDALIADAE, BVCRETI dico fuisse
Magnum, magnum & adhuc esse favoris opus:
Sed fas esto mihi quod sentio, dicere, majus
Majus opus tradit te mihi, meq; tibi.
IAN-CRUGERE, tibi non hilum mentior, Ecce
Mens tua perfecte mentis imago mea est.
I. G. O. S.

Ad imitationem ejusdem.

SCHOSSERI, quem nunc Viadrina Lycea Decanunt,
SCHOSSERI, quem fert mundus & ipse polus:
Nec non ORIGANI, quem possidet alma MATHESIS
Inter Apollineas sideris instar opes:
ORIGANI dico, SCHOSSERI dico fuisse, &
Esse pio magnam nunc in amore fidem.
Sed nos, sit licitum quod censeo, dicere, major,
Aut certè fecit par amor esse pares.
IAN-CRUGERE, tibi nec adulator, in omnibus equat
Atq; refert mentem mens tua, crede, meam.
I. G. R. S.

Lit. Lat. rec. A 390, 5.